

censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Romae apud sanctum Petrum, Kalendas Maii pontificatus nostri anno quarto. P. Reat.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit der Bleibulle an hänfener Schnur.
Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 88 f.

No. 327. 1298. 6. Oct.

Burggraf Meinher legt den zwischen dem Probst Dietrich zu Budissin als Vertreter der Capelle Johannes des Täufers und Sifrid von Wildenhain obschwebenden Streit wegen einiger Grundstücke in Basslitz bei.

Nos Meinherus dei gratia burgravius Misnensis tenore praesentium potestamur, quod cum quaedam causa et dissensionis materia inter dominum Theodericum praepositum Budesinensem ex una et Siffridum de Wildenhain laicum, super quibusdam agris et pascuis adiacentibus villae Paselitz^{a)} et adiacentibus similiter prato, quod dicitur Borkenwise ex parte altera exorta fuisset, quia dictus Siffridus dicebat ex morte Reinhardi dicti Nase de Jawernitz et fratrum et patruelium suorum dictos agros et pascua ad se devoluta esse, qui ab eo tenebantur titulo feudali. Aliquibus diebus amicabilibus a partibus hinc inde servatis, tandem in nostra praesentia dictis partibus constitutis, lecto privilegio, quod dicti agri et pascua ad capellam sancti Johannis baptistae in curia marchionis in castro Misnensi sitam proprietatis titulo pertinebant, videbatur singulis praesentibus, quod antedictus Siffridus in saepedictis agris et pascuis penitus nihil iuris haberet, qui etiam nunquam fecerat mentionem temporibus retroactis. Tandem precibus nostris saepedictus Siffridus inclinatus, si quid iuris habuit in agris vel pascuis superius dictis, hoc totum pro se et heredibus suis liberaliter resignavit et penitus renuntiavit de benivola voluntate, nihil sibi iuris et heredibus suis in antea reservando. In cuius rei testimonium sigilli nostri munimine praesentem litteram duximus consignandam. Testes huius sunt Vlricus miles dictus Olsnitz, Apetz de Mvnen et Th. Sebenitz. Datum et actum Misnae in palacio nostro anno domini M^o.CC^o.XCVIII^o. in octava Michahelis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Burggrafen an einem Pergamentstreifen.
Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 89 f.

a) Basslitz, Par. Lenz.

No. 328. 1298. 22. Nov.

K. Albrecht genehmigt den vom Bischof bewirkten Verkauf der Stadt und der Burg Pirna an den K. Wenzel von Böhmen und spricht die Einverleibung Pirna's in das Königreich Böhmen aus.

Nos Albertus dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nos venditionem civitatis episcopatus Misnensis dictae Pyrn cum castro et attinentiis suis sitae in terra Misnensi circa metas Boemiae factam per . . episcopum et capitulum Misnensis illustri Wencezlao